

3.

1307 Juli 7 Frankfurt¹.

Nos Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universitatis sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos venerabilis fratris Phylippi Eystetensis episcopi, principis et confessoris nostri karissimi, comodis et profectibus prospicere favorabiliter cupientes concedimus et volumus, quod Iudei apud Eysteten residentes sibi suisque successoribus in ecclesia decetero serviant et intendant, sicut suis antecessoribus hactenus servierunt, et ibidem in pace resideant a servicio nobis vel nostris officialibus faciendo nostro nomine liberi et exempti, presencium testimonio litterarum.

Datum in castris prope Frankenfurt Non. Iulii anno domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

4.

1309 Mai 29 Konstanz².

Nos Heinricus dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos profectibus et comodis^a dilecti principis nostri episcopi, capituli necnon ecclesie Eystetensis affectu benivolo et favore propicio providere et eorum dispendiis divine remunerationis intuitu salubriter precavere cupientes, memoratos episcopum, capitulum et ecclesiam cum omnibus hominibus et bonis suis in nostram et imperii proteccionem recepimus specialem, volentes et iniungentes firmiter per presentes nobilibus viris Cunr[ado]^b de Hohenloch, L. comiti de Öttingen^c et Cunr[ado] comiti de Kyrichperg^d ac aliis advocatis et offi-

a) Kopialb.: 'comodis'. b) Kopialb.: 'Chunr[ado]'. c) Kopialb.: 'Öttingen'. d) Kopialb.: 'Chunr[ado] de Hirtzperch'. Der letzte Graf von Hirschberg, Gebhard, ist 1305 März 4 zu Hirschberg gestorben. Vgl. Lefflad III, 2, 1882, S. 66 f. Kirchberg in Württemberg OA. Laupheim.

1) Kopialbuch fol. XXII'. Rubrum: 'Instrumentum regis Alberti super Iudeos apud Eysteten residentes'. 2) Bei Weller, Hohenlohesches Urkundenbuch I, 514, n. 707 im Auszuge nach dem Original, daher hier in extenso wiederholt ebenfalls nach dem Original im Allgem. Reichsarchiv zu München. Dasselbe von kleinem Format, mit Siegeleinschnitt, ohne Pgstr. und Siegel. In dorso: 'Super defensione ecclesie regis Heinrici' und von gleichzeitiger Hand rechts unten: 'primo Heinrici'. Kopialbuch fol. XXIII. Rubrum: 'Rex Heinricus recipit in proteccionem suam episcopum, capitulum et ecclesiam Eystetensem'.